

## Kleinere Mittheilungen.

### Ein unbekanntes Autograph des seligen Petrus Canisius.

Im Katalog der k. k. Hofbibliothek zu Wien liest man unter Nr. 5584, einem Mischbände s. 16., zu Seite 18, ohne irgend eine Bemerkung von Seiten des Herausgebers, folgenden Titel: „Breves (!) quaedam collegiorum, quae societati Jesu eriguntur, descriptio.“ Die Aufschrift reizte zur Prüfung des Stückes, und diese ergab eine vollständig eigenhändige Aufzeichnung des sel. Petrus Canisius aus dem Jahre 1554.<sup>1</sup>

Das Stück gehört einer besonderen Gruppe von Dokumenten an, die man als litterarische Zeugnisse für die Verfassung und das innere Leben der aufblühenden Gesellschaft Jesu bezeichnen kann. Ein grosser Teil dieser Zeugnisse blieb unbekannt und ungedruckt, da man die Einrichtung der neuen Gesellschaft und die wesentlichen Unterschiede ihrer Ordensregel von jener der älteren Orden bereits zur Genüge kannte. Dennoch ist es gewiss eine ebenso nützliche wie für die älteste Geschichte des Jesuitenordens wichtige Arbeit, die Wirkungen der neuen Regel in ihren Anfängen darzulegen, ebenso die Kämpfe, welche dieselbe gegen ganze und halbe Häretiker zu bestehen hatte, die in ihrer Feindschaft gegen dieselbe vor keinem Mittel zurückschreckten, endlich das Misstrauen, welches ihr zuweilen selbst von Wohlgesinnten entgegengebracht wurde, denen die Neuheit der Sache Anlass zu Furcht und Argwohn gab. Eben diese vielfältigen Anfeindungen gegen die neue Regel riefen in den ersten Dezennien des Ordens jene Gruppe von Schriftstücken hervor, denen auch das hier folgende angehört, indem die ersten Väter der Gesellschaft jede Gelegenheit ergriffen, um den Fürsten und Herren, dem Volke in Stadt und Land die Zwecke des neuen Ordens klar zu machen, die Mittel, die er zu diesen Zwecken anwendete, die gesegneten Erfolge, die er bereits auf den vielen Stätten seiner Wirksamkeit in den Staaten Europas errungen hatte.

Zu den Zeugnissen dieser Art gehört also auch die kostbare Wiener Handschrift des sel. Canisius, der hier nicht so sehr, wie man aus dem

---

<sup>1</sup> Die Wiener Hofbibliothek besitzt auch andere aber nicht eigenhändige Schriften des sel. Canisius, die demnächst durch P. Braunsberger, nach dessen freundlicher Mittheilung, veröffentlicht werden.

von ihm selbst beigefügten Titel schliessen sollte, eine Beschreibung der Jesuitenkollegien gibt, sondern in Kürze ein Bild des ganzen inneren Lebens in der neuen Ordensgesellschaft zeichnet. Er spricht, ganz der geschichtlichen Wahrheit gemäss, von deren weiter Ausbreitung in den Jahren 1540—1554; mit feiner Hand bricht er bereits zwei Vorwürfen die Spitze ab, die man gegen die Gesellschaft Jesu erhoben hatte, zuerst nämlich wegen ihres Namens an sich, sodann wegen der dem Papste eingeräumten Gewalt, Mitglieder des Ordens aus dem einen Lande in ein anderes zu versetzen.

Im Uebrigen spricht das Dokument für sich selbst und bedarf keiner weitem Erläuterung; es sei nur noch bemerkt, dass der Abdruck die Vorlage mit möglichster Genauigkeit wiedergibt.

„Breues (sic) quaedam collegiorum, quae Societati Jesu eriguntur, descriptio.

Omissa nominis et instituti huius declaratione (: nam apud bonos quidem et sapientes viros bonarum rerum vel novitas vel incrementum male audire non potest, praesertim si sanctae Romanae Ecclesiae auctoritas patrocinetur, et certa commendatrix magistraque rerum accedat experientia :) nunc de collegiis ipsis, quae hinc non solum institutae sed et confirmatae a sede Apostolica societati subsunt, pauca subiiciuntur.

In primis habet isthec societas Praepositum Romae, habet doctores, professores, concionatores, sacerdotes et omnis fere generis ac nationis studiosos, non solum in latinis, sed et in graecis et hebraicis litteris, cunctisque disciplinis. Praeterquam in iurisprudencia ac medicina. Docent ac discunt alii apud Italos, ut Paduae, Ferrariae, Bononiae, Florentiae, Venetiis, Romae, Neapoli. Alii apud Siculos ut Pannormi, Messanae, alii apud Hispanos, ut Compluti, Salamanti, Valenticae, alii demum alibi, ut in Portugalia, Arabia, Gallia, Germania. At quamvis late isthec pateat Jesu Societas, tamen ab uno praeposito seu capite gubernantur omnes et ultro citroque mittuntur, prout Christi gloria et Ecclesiae utilitas postulare videtur. Praecipuus vero totius instituti finis et scopus eo spectat, ut probatos habeat operarios Ecclesiae messis, qui dent gratis hoc omne, quod gratis acceperunt a domino messis.

Ut evangelicae perfectionis studium retinuant, qui dictae societati adiungunt sese, perpetuam colunt paupertatem, ut neque privatim neque communiter ius aliquando civile sibi velint aquiri ad bona aliqua stabilia, sed interim ubi sua tenent collegia studiosi societatis, solent ibi constitutos habere census aut proventus, ne desint ad tractanda studia sumptus necessarii. Curatur tamen ut in proprios convertere usus non possit Societas, quae soli studentium necessitati tribuuntur, ut illi ipsi paulo cum iam probe instituti fuerint, se totos in vineam Christi colendam impendant:

Qui collegiorum sunt institutores, primum scribunt ad R. P. societatis totius praepositum dominum Ignatium Layola (sic) aut etiam ad ipsum Pontificem Maximum, qui societatis huius curam et rationem vel maximam habet, scribendoque contendunt, ut ex dicta societate mittantur ad se aliqui. Quemadmodum serenissimus Romanorum rex mitti ad se triginta postulavit, illustrissimus etiam Bavariae dux Albertus, reverendissimus dominus Varmiensis, et alii brevi abhinc.

Qui ad collegia constituenda mittuntur huiusmodi esse solent, ut partim profiteantur theologiam et reliquas disciplinas honestas, partim ut non docte tantum sed etiam pie instituant iuventutem ac diligentes agant praeceptores, quemadmodum multis in locis videre est: qui ex illis iuniores sunt, graviter in discendo ac serviendo laborant, gratis autem omnino tum in scholis tum in templis suas elocant operas, nullumque personarum, quae ab ipsis institui velint, delectum faciunt.

In collegiis hec fere vivendi est ratio: Exigitur a societatis huius studiosis, ut humiliter vivant ac obedenter laborum suorum mercedem atque consolationem non alibi, quam in solo Christo collocantes, peregrinas ac peculiarias caeremonias in usu non habent; satis hoc esse illis solet, si adolescentes ad Domini timorem, ad praeceptorum dei et ecclesiae observationem et ad vitam homine ecclesiastico dignam provehantur. Id quod facilius ut assequantur dant operam eidem adolescentes, ut conscientias frequentius repurgent confessione sacramentali sacramque sinaxim recipiant. Nec facile nisi iussi egrediuntur, interim genus omne tractant honestorum studiorum, quae viam sternunt ad reginam illam theologiam, cuius quidem et praecipua et suprema est illis tractatio, in qua solide et fere Parisiensi more exercentur. Ubi porro pietate simul et eruditione commendati fuerint, in agrum illi Dominicum emittuntur, ut concreditum sibi talentum creditori Christo solvant, seque diligenter exercent in Christianae charitatis et sacerdotalis officii muneribus, quemadmodum fit concionando, audiendo confessiones, prelegendo et docendo sive sacra sive prophana, tum privatim excitando proximum ad vitae emendationem, nec non curando infirmos in xenedochiis, et in praestandis id genus operibus aliis vel pietatis vel charitatis, quibus veri servi Christi et lubenter et sine spe ulla questus exercent sese propter Christum crucifixum.

Tametsi Summus Pontifex pro autoritate sua possit si quando velit, ex huiusmodi collegiis quosdam alio atque alio amandare, tamen praeterquam quod id raro admodum usu venit, ipsa Germaniae praesertim tot modis afflictas necessitas facile perficiet, ut Germani homines e Germaniae patria quam minimum abstrahantur, eoque magis, quod praepositus ille supradictus magna cura praecaveat, ne offendantur collegiorum suorum institutores, quibus omne quidem gratitudinis ut debet, sic reddit officium, adeo ut pro mortuis etiam illis communes omnium praeces ad Christum fieri sepe iubeat, in hac tota Societate.

Reverendus dominus Canisius theologiae Doctor sexto Decembris anno 54° misit ista Societatis Jesu statuta.“ P. Tacchi Venturi S. J.